



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

71 Valor beneficij, quomodo probari debeat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

*ff. remrat. Abb. in cap. suborta, & ibi Felinum. 2. in princ. de re jud.*

67 Dummodo ꝑ compensatio fiat de re liquida, cum enim agitur vigore obligationis cameralis ad solutionem pensionis, quia omnibus exceptionibus fuit renunciatum, non admittitur exceptio compensationis illiquidæ, pro qua non datur tempus ad liquidandum, Bart. in l. aufertur, §. qui compensationem, in si. ff. de jur. fisc. Abb. in cap. 2. de depos. & Felin. qui alios citat, in d. cap. suborta, eod. num. 2. vers. sed, si non esset, & est regulare, quod de liquido ad illiquidum non admittitur compensatio. Galef. in dicto tract. obligat. camer. d. 4. par. claus. in 6. ubi post plures alios, quos citat, reprobatur opinionem Bart. contrarium tenentis, in l. amplius non peti. ff. remrat. habe.

68 Quartò opponi potest ꝑ exceptio nullitatis, reservationis, pensionis, quæ in continenti probari possit, pensio enim reservata super beneficio alia pensione gravato, nulla facta expressione in litteris de priori reservatione, est nulla, ut per Cassad. decis. 3. num. 1. de pens. ideo, si reus, contra quem agitur ad pensionis solutionem, exhibeat litteras, sive transcriptum reservationis prioris pensionis, quo concludenter probatur nullitas posterioris, illa exceptio impedit, & retardat solutionem, & litteræ tribuunt jurisdictionem, tam super principali, quam super exceptione nullitatis oppositæ, super qua potest iudex suam proferre sententiam. Bellam. in decis. 28. vers. littere sũt, & Felin. in c. super litt. n. 3. de reser.

69 Quintò ꝑ exceptio non purificata 72 conditionis potest opponi, quæ donec fuerit purificata impedit litterarum execu-

tionem, & retardat solutionem, ut est conditio, quæ regulariter apponitur in litteris reservationis pensionis super fructibus cathedralis ecclesiæ, videlicet, dummodo remaneant ducati mille liberi pro titulari, vel ducati centum liberi pro rectore, quando pensio super parochiali ecclesia reservatur, quia tunc titulari recusante pensionem solvere, donec fuerit corâ executore verificatum, quòd remaneant titulari illi ducati, sub qua conditione pensio fuit reservata, reus ad solutionem compelli non potest, nisi agens sit in possessione exigendi, Cassad. decis. 10. num. 8. de rescript. & Gig. de pens. quest. ult. num. 15. & hoc casu, aliique casibus, de quibus infra, lata sententia contra reum, ꝑ dummodo actor non sit in possessione exigendi signatura committit causam appellationis absque clausula, sine retardatione solutionis pensionis, Cassad. ead. decis. in fin. Gomel. in com. utr. sig. n. 87. & Gig. de pens. q. 85. n. 10.

Valor autem beneficii ꝑ secundum cõmunem stylum Rotæ probari debet, videlicet, quòd beneficiũ, super quo pensio, de qua agitur, fuit reservata, tẽpore provisionis, oneribus deductis, valeat in portatis tot scuta, & per quinque annos ante provisionem, & post, si à tanto tempore tunc titularis fuit provisor, anno fertili cum sterili computato, communi æstimatione tantum valuit, & ita testis de tali beneficio notitiã habens dixit, se scire, & si plus, vel minus valeret, ipse nõ ignoraret, ut post Bart. Ab. Fe. & alios, quos citat, testatur Gom. in reg. de val. expr. q. ult.

72 Sextò ꝑ exceptio solutionis opponi potest, & impedit executionem litterarum reservationis pensionis, quia solutione

Mm eius,